

Universitätsbibliothek Paderborn

Flores Directorii Inqvisitorvm

Bariola, Luigi Mediolani, 1625

Decreta in Diversis Congregationibvs, Sanctissimi Officij Romæ facta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11434

DECRETA IN DIVERSIS CONGREGATIONIBUS,

Sanctiffimi Officij Roma facta.

Quot Portugenses, seu Lusitani Portugaliam, seu Lusitaniam habitantes, & inde in Italiam venientes, si reperiantur Iudaizare, condemnentur tanquam apostata à Fide, Die vltima Aprilis 1566.

D. Card. Inquisitoribus generalibus, S. N Congreg. coram S.D.N. & Reuerendiss. D. N. Paulus Papa IV. mandauit, statuit, & ordinauit, quod constito legitime quoscunq; Portugenses, seu Lusitanos in Portugalia, seu Lusitania permansisse, & inde discessisse, & in Italiam venisse, vbi reperiantur esse Iudai, siue iudaizare, condemnentur tanquam Apostata à side, prout de iure similes apostatæ condemnari, & puniri debent. Non obstante, quòd fuerint expositi tortura, seu tormentis, quæ sustinendo negauerint se suisse Baptizatos, vel Christianè vixisse, aut Christiana opera egisse, vel Sacramenta Ecclesiastica percepisse. Cum iam pro liquido, & clare à S. Sede compertum sit, & habeatur à sexaginta annis vel circa, quòd nullus Hebræus toleratus fuerit habitare in Lusitania, seu Portugalia, nisi fuerint baptizati, & vixerint christiane, & ita seruari mandauit, statuit, & ordinauit.

Quod bareti corum beneficia vacent a die commissi criminis.
Die 18. Iuny 1556.

IN Congregatione facta coram præf. Sanctifs.

Domino, & Reuerendissimis Cardinalibus Inquisi-

100

1-

m

m

ti

20

e-

iè

19

IS

Ir

IS

n

10

0

7

2

quisitoribus Generalibus, idem Sanctissimus Dominus Noster qui supra, considerans, quòd hæreticorum beneficia à die commissi criminis hæreseos vacent. & quod multi hæretici id scientes, & in suis hærefibus manentes, vt eos quos optant successores habeant, in fauorem aliorum resignant, vt saltem per clausulas generales, quæ in ipsis resignationibus de stylo ponuntur ius aliquod in beneficijs huiusmodi acquirant, ijs prouidere volens, statuit, & decreuit, quod ex prædictis resignationibus nullum ius etiam per dictas claufulas ipfis refignatarijs acquiratur, immo beneficia huiusmodi hæreticorum à die commissi criminis specialiter dispositioni sua Sanctitatis referuauit, ita vt si non siat mentio de huiusmodi crimine per illum commisso, etiam dispositiones per ipsum. Sanctiffimum Dominum facta nullius fint roboris, vel momenti. Qua omnia extendi voluit etiam ad prateritas refignationes; que tempore commissi criminis, hæreseos, vel citationis hæreticis factæ suum plenarium effectum fortitæ non fuerint.

2

116

ac

di

po

bi

do

fu

fo

te

ce

m

tr

fic

po

ex

m

C

di

Contra instituentes nouas Religiones. Die 16. Iulij 1556.

Pralibatus S. D. N. ratificauit capturam Io. Francisci Raymondi Mutinen. Congreg. S. Pauli, & Barnabæ Ciu, Mediolani, & commist Reuerendiss. D. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus, sine R. D. Commissario facultatem procedendi, seu procedi faciendi in suturum contra quascunque personas volentes instituere, seu instituentes nouam Religionem cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, & de contentis in titulo, seu titulis de Religiosis domibus, & de constituentibus nouam Religionem.

Mona-

Monasteria, vel alia qua cunque loca pia, quò d possint dicti Reuerendiss. Cardinales, seu dictus Reuerendiss. Commissarius ea reuidere, & corrigere, ac omnia alia, & singula in pramissis facere, qua eis respectiue videbunturiuri consona.

Pro votantibus in S. Officio. Die 29. Aprilis 1557.

A Præfato Sanctissimo. Domino decretum inueni-

Cum in Congregationibus, quæ in causa hæresis, ita Domino disponente, coram nobis fiunt, interuenire pro maiori parte soleant nonnulli Clerici, tam sæculares, quam regulares in facris, & Sacerdotio, ac in Episcopali, & Archiepiscopali, vel alia maiori dignitate forsan constituti, ac deinceps internenire poterunt, ac etiam nonnulli ex Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinales nobifcum in iudicando assistant, & sæpenumero contingit, vt per discurfum casuum contingentia eriam ad casus non minus forsan enormes, ac etiam minus enormes, quam hæresim sapientes in eisdem Congregationibus tam præteritis, quam futuris, ijdem Clerici, & in Sacris, & Sacerdorio, ac Episcopali, Archiepiscopali, velalia. maiori dignitate constituti, ac ijdem Venerabiles fratres nostri, S. R. E. Cardinales votum, seu sententiam eorum, ex qua mutilatio membri, seu sanguinis effusio etiam ad mortem naturalem secuta fuerit, seu in. posterum sequetur, dixerint, seu etiam dicere parati existunt. Nos securitati, ac tranquillitati eorum. mentis, & conscientiæ occurrere volentes, vt ijdem Clerici etiam in Sacris, & Sacerdotio, acquacunque dignitate etiam Episcopali, Archiepiscopali, vel qua-

cunque

cunque maiori præditi, etiam Venerabiles fratres no Ari Cardinales, qui in indicando nobis affiftunt, non folum in causis hæreseos, sed etiam in quacunque causa criminali, que in dictis Congregationibus coram nobis tractata fuerit, & tractabitur, votum, & sententiam eorum non solum quo ad quastiones, & torturam, ipsis reis pro delictis quibus pro tempore inquisiti, accusati, seu denunciati fuerint, sed etiam ad condignam pænam, & mulctameriam víque ad mutillationem, seu sanguinis effusionem, ac vique ad morrem naturalem inclusiue absq; alicuius censura, vel irregularitatis incursu, dicere, & eisdem Congregationibus intereffe, & immisceri possint, licentiam, & facultatem concedimus, ac quoad præterita fialiquam forfan irregularitatem incurriffent, cum omnibus prædictis dispensamus, non obstantibus con-Airutionibus &c.

bi

ne

fe

ip

cla

de

m

cr

ius

qui

ai

no

mi

Etę

ter

ter

ipi

no

C

.

dit

bra

fun

Idem confirmauit S. D. N. Pius Papa V. extendique voluit ad omnes Inquisitores, eorumq; Vicarios, Commissarios, & Consultores.

- Contra sine ordinibus celebrantes . Die 20. Maij 1557.

ormes, accemmanist enormes, quamba-

P Rælibatus S. D. N. statuit, & decreuit, quòd quicunq; non habens Sacerdotium, & ordinem Presbyteratus ausus suerit Missam celebrare, absque aliqua disputatione, tradatur curiæ sæculari puniendus.

Ne Ordinarij conferant beneficia propter hæresim vacantia.

Die 29. Septembris 1558.

S Anctissimus D.N. qui supra in Congregatione San-Gi Officij mandauit omnibus Ordinarijs, & quibuscun-

UNIVERSITÄT: BIBLIOTHEK PADERBORN buscunque alijs, ne se intromittant in conferendis benesicijs vacantibus, vel vacaturis propter hæresim, sed illorum collationem sibi, suisq; successoribus re-

servauit. Ad idem facit quòd sequitur.

Sanctissimus D. N. Pius Papa Quintus considerans beneficia Hæreticorum à die commissi criminis eo ipso vacare, & multi hæretici id scientes, & in suis hæresibus manentes, vt eos quos optant successores habeant in fauorem aliorum resignant, vt saltem per clausulas generales, que in ipsis resignationibus de stylo ponuntur, insaliquod in beneficijs huiufmodi acquirant, ijs prouidere volens, statuit, & decreuit, quod ex predictis resignationibus nullum. ius etiam per dictas clausulas ipsis resignatarijs acquiratur, imo beneficia huiusmodi hereticorum a die commissi criminis specialiter dispositioni suę San-Etitatis, suorumque successorum reservauit, ita vt si non fiat mentio de huiusmodi crimine per illum commisso, etiam dispositiones per suam Sanctitatem fa-Aę, sint nullius roboris vel momenti. Que omnia extendi voluit etiam ad preteritas resignationes, que tempore commissi criminis hereseos, vel citationis ipsis hereticis facte suum plenarium effectum sortite non fuerint. I would be a like band offen more and a continue of the continue

Contra abutentes Sacramentis. Die 17. Februarij 1559.

S Anctissimus D. N. Paulus Papa IV. in Congregatione sancti Officij commisit, quod omnes qui audiuerunt confessiones non existentes in sacris, & celebrantes Missas, non existentes etiam in sacris, & abusi sunt Sacratissimo Altaris Sacramento, tradi debeanc brachio seculari.

Die

Die 2. Septembris 1562.

il

d

ti

Sa

ri

ri

ne

CC

di

PI

po

re.

cre

fel

pe

TUI

Llustrissimi Cardinales Inquisitores generales des creuerunt, quòd per quamcunque gratiam fastam, vel siendam quibusuis aliàs hereticis, non intendunt eos restituere, vt possint confessiones aliquorum secularium audire.

Idem confirmatum suisse, reperitur in actis Sancti
Officij sub die quintadecima Nouembr. 1565. cum
additione, seu declaratione, quòd illi qui abiurarunt
aliàs secretè vel publicè, aut aliàs quomodocunque
non admittantur ad audientiam confessionum secularium.

Tessium nomina publicari non debent. Die 14.May 1566.

Ilustrissimi Cardinales Inquisitores generales in Congregatione ordinaria decreuerunt dari debere nuda testium dicta, prout eousque observatum suit, absque nominum publicatione, aliarumque circunstantiarum, propter quas posset deueniri ad ipsorum testium notitiam. Et quo ad responsiones testium super rei interrogatorijs pariter decreuerunt non esse dandas, si ex illarum publicatione deueniretur in notitiam, quinam suerint testes ipsi.

Regulares recurrentes ad Sanctum Officium, ve in co testimonium perhibeant, non grauentur a suis Superioribus. Die 17. Augusti 1567.

S Anctissimus D. N. Pius Papa V. in generali Congregatione Sancti Officij, consulens libertati ipsius Sancti Officij, & indemnitati recurrentium ad illud,

Allenges includies, & cole-

illud, vel in eo testimonium perhibentium statuit, & decreuit, vt Regulares quorumuis etiam Mendicantium Ordinum persone, que pro tempore ad officium Sancte Inquisitionis pro quocunque negotio recurrerint, seu confugerint, rel in eo testimonium perhibuerint veritatis, au as quomodolibet deposuerint, nequaquam à suis perioribus per quinquennium continuum à die rect us, seu depositionis huius modi molestari, vel ex cacunque causa, vel excessibus pretensis personarum larum, & de debitis propterea poenis seu poenitentijs eisdem imponendis, nisi ipsi Illustrissimi Cardinales Inquisitores generales certiores facti suerint, vel eis aliter clare notificatum, & ab ipsis Cardinalibus desuper responsum suerit.

De torquendis reis pro finali veritate habenda, & super complicibus. Die 28. Iulij 1569.

Nherendo decretis alias per fel. record. Paulum.
Papam IV. Sanctissimus D. N. Pius Papa V. decreuit omnes, & quoscunque reos conuictos, & confessos de heresi pro viteriori veritare habenda, & super complicibus, fore torquendos arbitrio Dominorum Iudicum.

FINIS.

ti

16

1-

i

1

